



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Virtvtvm Adeptione, Siue De Instrvmentis
Assequendæ Virtvtis libellus R. P. Iacobi Alvarez De Paz
Toletani è Societate lesv**

Álvarez de Paz, Jacobo

Coloniae Agrippinae, 1615

§. 1. De Iustitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46634](#)

De Iustitia. §. I.

Aug. 19.
 de ciuit.
 Dei. c.
 21.
 Nicæn.
 c. 4. de
 beatitu-
 diribus.
 Iustin.
 de casto
 connubio.
 c. 13.

Rom. 2.
 14. 15.

Iustitia, ut ex Augustino & Gregorio Nicæno colligitur, est virtus voluntatis, tribuens unicum cuique quod suum est. Vel ut Laurentius Justinianus ait: *Est, quæ suum cuique tribuēs, alienum non vendicat, utilitatem propriam negligit, ut communem custodiat aequitatem.* Vel: *iustitia est virtus, quæ cuique secundum debitum benefacimus, neminem laedimus, congregatiōis statum seruamus, & nos sine querela apud Deū & homines custodimus.*

Incitamenta ad iustitiam sunt: I. Natura ipsa, quæ corpus rectum & in cœlum erectum homini dedit, ut ex ipso corpore mentem in eo residet, iustitiae & rectitudinis admovere. Leges etiam iustitiae in ipso humano corde conscripsit, iuxta illud Pauli: *Gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt, faciunt; eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis;* ut videlicet nulla posset esse excusatio iustitiae servandæ,

uandæ, quam in mente gestamus, & sine ullo labore, sine studio, aut industria, nobiscum natam eius notitiam habemus.

II. Iustitia voluntatem Dei implemus : Nam *indicabo tibi ô homo* (*inquit Micheas*) *quid sit bonum* ^{Micheæ 6.} & *8.* *& quid Dominus requirat à te ;*
vtique facere iudicium & iustitiam,
& diligere misericordiam, & solicitu
ambulare cum Domino tuo. Hac immortalitatem acquiremus. *Iustitia e-* ^{Sap. 1. 15.}
nim, vt ait Sapiens, est perpetua & im-
mortalis ; iniustitia verò mortis est ac-
quisitio. Hac veram saturitatem com-
 paramus. Beati namque sunt, qui esu- ^{Mat. 5. 6.}
 riunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi
 saturabuntur. Hac denique lætitia &
 exultatione complemunt : iuxta illud
 Psalmi : *Iusti epulentur, & exultent* ^{Psalm.} ^{67 4.}
in conspectu Dei, & delectentur in la-
titia.

III. Dominus, cui placere cupimus, amator est iustitiae. Nam *iustus* ^{Psal. 10. 8.}
Dominus, & iustitiam dilexit, equi-
tatem vidit vultus eius. De eo etiam ^{Pjalm.}
 scriptum est : *Quia Dominus diligit* ^{140. 2.}

G 5 iustos

ego-
 virtus
 quod
 inia-
 bues,
 pro-
 todia-
 rtus,
 nefas-
 gati-
 que-
 mus.
 t : L.
 n &
 , vt
 idé-
 one-
 hu-
 llud
 ent,
 ; e-
 sibi
 rip-
 mul-
 ser-
 dæ,

2. Tim. 4. iustos. Et Paulus: In reliquo, ait, reposita est mihi corona iustitiae, quam reddit mihi Dominus in illa die iustus iudex. Atque adeò, qui se à iustitia alienum facit, gemmam pretiosam, & à Deo maximè dilectam odio habet, qui nec à Domino diligitur, nec beatitudinis corona donabitur.

Actiones iustitiae sunt: I. In superioribus & prælatis, zelare pro legibus, iusta præcipere, ad rectam gubernationē se applicare, delicta punire, bona gesta præmio saltem laudis cumulare, subditorum utilitates suis emolumentis præponere; omnibus communes esse, & in nullius personam affectu nimiæ dilectionis inclinari.

II. In subditis; Legibus & præceptis obedire; ad alios conciues & cōfratres concordiam seruare, nemine prauis exemplis lādere; commune bonum proprijs commodis atque utilitatibus præferre.

III. In distributoribus: Proportionem bonorum ad necessitatē, & dignitatem personarum, in quas distribui-

atribuuntur, seruari ut verbi gratia, ciborum, & vestimentorum, & cellularum à dignitatibus indignos arcerre, inter dignos, præsum in officijs Ecclesiarum & religiosorum, digniores eligere, & omnem pressionem & ambitionem detegiri.

IV. In his, quibus bona distribuuntur: Sibi necessarijs, contentos esse: nihil ultra necessitatem, præcipue cum penuria aliorum, aspectare: dum non vacantur, nec eligorū se ad dignitates non ingerere: vocantur, humiliter parere, & suæ electioni pertinaciter non obfistere.

V. In omnibus: Nemini damnum afferre verbo, facto, vel signo, vel consilio in rebus, in corpore, in honore, nunquam de proximo malū suspicari, nunquam de ipso detrahere, nec contumeliam aut aliam iniuriam inferre, nec bonum eius peruertere, vel diminuere, aut à bono impediri.

VI. Item benè de proximo sentire, facta eius in melius interpretari, illū honore debito afficere, apud alios excusare & defēdere & quoad po-

tuerimus, eum in boro promouere.

VII. In imbecilibus & infirmis:
Ad communia statuta seruanda seip-
sos animare: cùm non possunt à Præ-
lato humiliter dispensationem pete-
re, & si longè absit, & aperta sit ne-
cessitas, per Epicheiam cum timore
Domini legem ac statutum interpre-
tari.

Postulatio Iustitiæ: Domine IESVS
Chris-
tus, qui non solum iustus, sed &
ber*r* iustitiæ & ipsamet iustitia in
scriptura vocaris, & postremum a-
ctum erga mortales in nouissimo die
ex inexhausto thesauro virtutum tu-
arum à virtute iustitiæ proferes, dum
malis poenam suorum criminum, &
iustis gloriam suis meritis paratā de-
cernes: da nobis Domini iusti, iustos
seruos esse, iustitiam in omnibus di-
ligere, secundūm iustitiæ præscriptū
vivere, & nūquā ab eius vijs rectissi-
mis declinare. Fac nos ô amator ho-
minum ardentissime, incedentes in
mandatis tuis sine querela, vt in ma-
gno iudicij die, iuxta illud: *Stabunt*
Eap 5.1. *iusti in magna constantia, confidenter*
miseri-

misericordiam à te expectemus, &
iuxta spem nostram effectum miseri-
cordiæ tuæ, scilicet tuam, quæ nos sa-
tiet, visionem recipiamus. Amen.

De Religione. §. II.

Religio est virtus, qua Deo, tan-
quam omnium creatori & do-
mino, debitum cultum & hono-
rem exhibemus, idque ipsum nomē so-
nat. Siue enim dicatur à religendo, aut
à frequēti electione eorum, quæspectat
ad cultum diuinum, vt Isidorus ^{Isidor.}
ait: siue, à reeligendo ipsum Deum, ^{10. ethym.}
quem per peccatum abieceramus, vt ^{c. 17.}
ait Augustinus: siue à religando nos ^{Aug. 10.}
Deo, vt putat Lactantius Firmianus: de ciuit.
siue à relegendo vel retractando, quæ c. 24.
sunt honoris Dei, vt censet Tullius: Lactan.
Hæc omnia nihil aliud quam diuinū 4. diuin.
cultum & venerationem significant. inst. c 28.

Incitamenta ad religionem sunt:
I. Quod ex septē causis conflatur, qui-
bus maximè ad Dei cultum & vene-
rationem astringimur. Prima est ex-
cellentia diuinæ maiestatis. Ipse e-
nim solus, vt ait Iob, cui creatura om-
nes comparata non sunt. Quare hoc